



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Acceptio personarum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Deo non cessat famem inter se sperato,
videtur arisisti ungeret sila manu.

FABULA

De Satyro & igni.

Ab ipse in terras, quem Heliodus scribit Prometheum Ioui
debetur obportasse mortalibus: tum igitur Satyrum dele-

AVCTORES

De abusu legendi.

Ycabili, & quemadmodum hic cum iuuenes tum senes cor-
porum, & de prolixum sermonem apud Stobaeum, Sermon. 114. ex

Acceptio personarum.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ACCEPTIO personarum Graece προσωπιονισμος, ac, h, & προ-
ceptor personarum dicitur. Est iniustitia,

vel sic:

Acceptio personarum, est iniquitas iustitiae distributivae, in-
conveniens aliquid attribuitur alicui praeter proportionem. Secun-

DIVISIO.

Acceptio personarum in octo maxime prohibetur.

- 1. In rebus impiorum d. 26. q. 7. sacer dos.
2. In rebus defensionum d. 3. q. 9. Necesse.
3. In rebus iudiciorum d. 96. q. 2. ubi.
4. In rebus receptione d. 4. q. 9. quae scimus.
5. In rebus largitione d. 51. q. 1. si cupis.
6. In rebus promotione d. 40. Multi.
7. In rebus declaratione de reg. iur. l. 6.
8. In rebus exhibitione d. 1. q. 1. vultis simus.

SENTENTIAE BIBLICAE

- 1. Ad faciendum malum: nec in iudicio plu-
ra vero deus. Pauperis quoque
23.
2. Ecce sapientes. Exod. 23.
3. Veris: nec honores vultum poten-
ti. 19.
4. Si reus est sanguinis. Num. 35.
5. Ita paruum audies vi magnum.
6. Ibilis, qui personam non accipit,
lo & viduae. Deut. 10.
7. Inera: quia munera excaecant oculum.
Deut. 16.
8. Dominus Samueli de Eliab filio
uoniam abieci eum, nec iuxta in-
7. 16.
9. In iudicibus) apud Dominum no-
a acceptio, nec cupido munerum.
10. orum, qui munera libenter acci-
11. inclinet te. Job. 36.
12. em, & facies peccatorum accipitis?

Amici diuitem multi propter dona. Prov. 14.
Qui odit munera, viuet. Prov. 15.
Munera de sinu impius accipit, vt peruertat sententias iudicii. Pro-
uerb. 17.

Accipere personam impium in iudicio, non est bonum, vt declines a
veritate iudicii. 18.
Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuen-
tis. 19.

Victoriam & honorem acquirit, qui dat munera: animam au-
tem auferit accipientium. 22.

Cognoscere personam in iudicio non est bonum. 24.

Qui arguunt impium, laudabuntur, venietque super eos benedi-
ctio. Ibid.

Qui agnoscit in iudicio faciem non bene facit iste, & pro buccel-
la panis deserit veritatem. Prov. 8.

Non subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur ma-
gnitudinem cuiusquam: quoniam passillum & magnum ipse fecit,

& aequaliter est illi cura de omnibus. Sapient. 6.

Non sit manus tua porrecta ad accipiendum. Eccles. 4.

Noli quaerere fieri iudex, ne forte extimescas faciem potentis, &
ponas scandalum in agilitate tua. Eccles. 7.

Bona excaecant oculos iudicum. Eccl. 20.

Est qui perdet animam suam praeter confusionem, & ab imprudenti
persona perdet eam, personae acceptione perdet se. Ibid.

Nec accipias personam vt delinquas. 42.

Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Isai. 1.

Vt qui iustificatis impij pro muneribus. 5.

Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habita-
bit. 33.

Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudica-
te. Io. 7.

Non est distinctio Iudaei & Graecorum idem Dominus omnium,

dites in omnes, qui inuocant illum. Rom. 10.

Expoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & induen-
tes nouum, cum qui renouatur: in agnitionem Dei, secundum ima-

ginem eius, qui creauit eum, vbi non est Gentilis & Iudaeus, Circu-
cissio & Praeputium, Barbarus & Scythia, seruus & liber, sed omnia &
in omnibus Christus. Coloss. 3.

In veritate deprehendo (ait Petrus) quia non est personarum ac-
ceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustiti-

am, is acceptus est illi. Act. 10.

Vt illis, qui in viam Cain abierunt, & deceptione mercedis, qua
deceptus fuit Balaam, effusi sunt. Iuda.

Mirantes personas quaeritis causa. Ibidem.

Fratres mei, nolite in personam acceptione habere fidem Domi-
ni nostri Iesu Christi gloriosi. Etenim si introierit in coetum ve-

strum vir anulum aureum habens in veste splendida, introierit

autem & pauper in sordido habitu, & attendatis in eum, qui indu-

tus est veste praecleara, & dixeritis ei, tu sede hic bene: pauperi autem

dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne

iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cognitionum ini-

quarum? Si tamen legem perfcitis regalem secundum scripturas:

diligite proximum tuum, sicut teipsum, bene facitis: si autem perso-
nam accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege, quasi trans-

gressores. Iacob. 2.

PATRYM SENTENTIAE

Si hanc distantiam sedendi & standi ad honores Ecclesiasticos re-
feramus, non est putandum leue esse peccatum, in personarum ac-
ceptione habere fidem Domini gloriae. Quis enim ferat eligi diui-
tem ad sedem honoris Ecclesiae, contempto paupere instructiore &
sanctiore? Augustinus, & est in glossa Iacobi 2. super illud: Fratres
mei nolite peccare.

Quis est qui non iudicat personarum? qui diligit aequaliter. Dile-
ctio aequalis facit non acceptari personarum: nam cum homines diuer-
so modo pro suis gradibus honoramus, tunc timendum est, ne perso-
nas accipiamus. August. tract. 30. in Ioan.

Abstine Domine, vt in tabernaculo tuo praeter pauperibus accipian-
tur personae diuitem: aut praeter ignobilibus nobiles, quando potius
infirma mundi elegisti, vt confunderes fortia. Augustinus in ser-
mon.

Quicumque consanguinitate aut amicitia, vel e conuerso hostili
odio, vel inimicitia in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chri-
sti, qui est iustitia. Hieronymus in Origen. super Amos.

Multa nos facere cogit affectus, dum propinquitatem respici-
mus corporum, & corporis & animae, offendimus creatorem. Hiero-
nimus ad Eubulam.

Nec bonis aduersariorum, si honestum quid habuerint, detra-
hendum: nec amicorum laudanda sunt vitia: & vnumquodque non
personarum, sed rerum pondere iudicandum est. Hieron. ad Pam-
machium.

Alienum te a personis omnium redde iudicio, ac propter iniusti-
tiam in iudicio pauperem ne defendas, nec propter gratiam diuitem
in deceter assilas: aut si non potes facere, cognitionem respice cau-
serum. Hieron. epist. ad Damasum Episcopum.



